

LINGVA LATINA ET CVLTVRA CLASSICA
Profestrix Sandra I. Ramos Maldonado
(Dpto. de Filología Clásica)

PROBATIO FINALIS	DIES/MENSIS/ANNVS	CVRSVS
	____ / ____ / ____	
NOMEN:	PRAENOMEN:	

I. LEGE TEXTUM: *Dominī et equī*

1. Iūlius et Cornēlius sunt dominī Rōmānī. Iūlius est dominus pecūniōsus, quī magnam vīllam habet et magnam familiam, id est multōs servōs. Etiam decem equōs fōrmōsōs habet Iūlius. Cornēlius nōn tam pecūniōsus est quam Iūlius: is decem tantum servōs habet, et ūnum equum album. Cornēlius equum suum amat. Iūlius imperat: “Dūc equum ante ōstium, Syre!”

2. Ex decem equīs Iūliī Syrus sūmit illum nigrum quem dominus ante aliōs amat eumque ante ōstium dūcit. Iam dominus in equō est. Iūlius equō vehitur Tūsculum ad amīcum suum Cornēlium. Iūlius ante ōstium Cornēliī cōnsistit et amīcum suum, quī exit, salutāt: “Salvē, amīce! Sūme equum tuum et venī in silvam!”

3. Amīcī duo oppidum relinquunt et per vallem ad silvam eunt. Equī laetī per campum currunt. Ovēs, quae errant in campō, equōs timent et ad pāstōrēs suōs accurrunt. Canēs pāstōrum lātrant. Iam equī fessī ante rīvum cōnsistunt. Dum equī aquam bibunt e rīvō, dominī caelum aspiciunt.

4. Nūlla nūbēs vidētur, sōl lūcet in caelō sine nūbibus. Itaque Iūlius et Cornēlius umbram petunt: campum relinquunt et in silvam intrant. Iam in umbrā sunt sub arboribus. Equī iam nōn currunt, sed inter arborēs ambulant. Hīc equus Cornēliī consistit et hinnit: “Hihihī!” Equus terram ante sē aspicit et nāsum pōnit ad terram.

5. Iūlius equum suum vertit et interrogat: “Cūr equus tuus cōnsistit?”

Cornēlius: “Quia vestīgia videt in terrā.”

Iūlius: “Quae vestīgia?”

Cornēlius, quī iam in terrā est ante equum, vestīgia quaerit et lupī vestīgia reperit.

6. Vestīgia digitō mōnstrat: “Ecce vestīgia lupī. Nōn procul abest lupus ipse.”

Lupus autem procul in monte ululat: “Huhuhū!”

Equus Cornēliī, quī lupum audit, rūrsus hinnit: “Hihihī!” Equus Iūliī lupum nōn audit neque hinnit.

7. Cornēlius: “Equus meus lupum timet.” Cornēlius equum suum tenet.

Iūlius: “Meus equus nōn timet lupum!”

Cornēlius: “Neque lupus equum tuum timet!”

Cornēlius, quī prope vestīgia lupī etiam alia vestīgia reperit: “Quid hoc est? Nōn sōlum lupī, sed etiam ovis vestīgia hīc sunt!”

Iūlius: “Quid agit ovis in silvā cum lupō? Num lupum amat ovis?”

Cornēlius: “Nōn lupum ovis, sed lupus ovem amat – atque amīcam suam ēst!”

2. RESPONDE HAS QUAESTIONES:

2.1. Verte in linguam Hispānicam primum et ultimum paragraphum:

2.2. Respondē Latīnē:

2.2.1. Quot equōs ex decem Iūlii Syrus sumit? Num albus est ille equus?

2.2.2. Quō Iūlius equō vehitur? Ad quem?

2.2.3. Quid Iūlius Corneliō dicit ante ostium?

2.2.4. Quō eunt Cornelius et Iūlius cum oppidum relinquunt ?

2.2.5. Quae animālia sunt in campō?

2.2.6. Quōs ovēs timent? Et ad quōs accurrunt ?

2.2.7. Vbi equī consistunt? Cūr ?

2.2.8. Quid in caelō dominī videntur?

2.2.9. Cūr amīcī duō umbram petunt?

2.2.10. Quid equus in terrā videt? Cūius sunt?

3. LATĪNĒ SCRĪBE VOCĀBULUM CONTRĀRIUM ILLIUS LĪNEĀ SUBNOTĀTĪ:

- 3.1. magnam vīllam habet et multōs servōs= _____
- 3.2. decem equōs fōrmōsōs habet Iūlius= _____
- 3.3. Dūc equum ante ōstium, Syre!” = _____
- 3.4. Equī laetī per campum currunt = _____
- 3.5. prope vestīgia lupī etiam alia vestīgia reperit:= _____

4. VERTE IN VŌCEM PASSĪVAM AUT ACTĪVAM SENTENTIĀS HĀS:

- 4.1. Equus niger ā Cornēliō amātur = _____
- 4.2. Ovēs equōs timent = _____

5. QUID EST?:

- 5.1. vīlla = domus magna ubī multī hominēs vivunt
- 5.2. pecuniōsus = _____
- 5.3. familia = _____
- 5.4. ōstium = _____
- 5.5. silva = _____
- 5.6. rīvus = _____
- 5.7. pāstor = _____
- 5.8. Cornēlius = _____
- 5.9. nāsus = _____
- 5.10. caelum = _____

6. LATĪNĒ SCRĪBE HĀS SENTENTIĀS:

«Julio cuenta su dinero y dice: “Emilia, ven aquí, escucha: en el monedero hay cien monedas. Cuenta las monedas conmigo: una, dos, tres, cuatro, cinco, seis, siete, ocho nueve, diez.... ¿cómo..., sólo hay diez? Julio no está contento».

7. LATĪNĒ SCRĪBE HAEC VOCĀBULA:

Anillo:	Jardín:
Tienda:	Ventana:
Bosque:	Naríz:
Perro:	Bastón:
Llora:	¡Hola!:
Azota:	Nuevo:
También:	Isla:
Hombro:	Libro:
Duerme:	Griego:
Aquí:	Vocablo:

8. EXERCITIA. Complē sententiās:

<p>Leō, -ōnis Pāstor, -ōris Canis, -is Ovis, -is Collis, -is Parvus, -a, -um Nūbēs, -is Hic, haec, hoc Ille, illa illud Equus, -ī Umerus, -ī</p>	<ol style="list-style-type: none"> 1. In Africā sunt multī leō-_____ 2. In Africā magnus numerus leō-_____ est. 3. Ecce pāstor cum ca-_____ et centum ov-_____ 4. Iūlius pāstōr-_____ suō panem dat. 5. Coll-_____ est mons parv-_____ 6. In caelō nūllae nūb-_____ sunt. 7. H-___ servus est Lēander, ill-___ servus est Syrus. 8. Ab h-___ fēminā Medus est amātur, nōn ab ill-_____. 9. Conelius equ-___ vehitur. 10. Servī saccōs umer-_____ portant.
--	---

<p>clāmat pulcher, -chra nāsus ōstiārius petit quō quaerit rīdet unde vacuus vocat</p>	<ol style="list-style-type: none"> 1. Iūlia Aemiliam _____ : « Mamma ! » 2. Mārcus _____ : « Hahahae ! » 3. In sacculō Dāvi nūlla pecūnia est: sacculus _____ est. 4. Syra fēmina _____ nōn est, quia _____ foedum habet. 5. _____ it Iūlius ? Ad vīllam it. 6. _____ venit Iūlius? Ab oppidō venit. 7. Ōstium aperītur ab _____ 8. Albīnus _____:““Ōr-na-men-ta” 9. Pāstor ad arborem it: pāstor umbram _____ 10. Lupus in silvā cibum _____
--	---

<p>āēr, āēris ala, -ae animal, -ālis deus, -ī eam eum nuntius, -iī sē quis/quī, quae, quod canere flūmen, -inis</p>	<ol style="list-style-type: none"> 1. Dominus servum ad _____ vocat et _____ interrogat. 2. Syra intrat ; Iūlia _____ post _____ in speculō videt. 3. Qu-___ fēmina cum Mēdō ambulat? Fēmina qu-___ cum Mēdō ambulat est Lydia. 4. Ā qu-___ servīs Iūlius vehitur ? Ursus et Dāvus sunt servī ā qu-___ Iūlius vehitur. 5. Iūlia canit. Puerī Iūli-_____ can-_____ audiunt. 6. Magnum _____ est Nīlus. 7. Mercurius est _____ mercātōrum et _____ deōrum 8. Cum avis in _____ volat, _____ moventur. 9. Hominēs et bēstiae _____ sunt. 10. Puerī in aquā flūm-_____ natant.
--	--